



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

75. An in Paschate, vel articulo mortis teneatut per scripturam confiteri,  
qui alio modo non potest, ut v. g. mutus, & surdus, vel infirmus, qui loqui  
non potest. Ex part. 3. tract. 4. res. 127. alias ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](#)

ergo juxta regulam illam à Pontifice propositam abolvendus est. Quod ipsum ex aliis decretis supra adductis colligitur, quæ absque tali limitatione præterite testimoniorum aliorum verbis ha-  
loquuntur. Si enim in Araucano dicitur: Si vo-  
luntas præterite testimoniorum aliorum verbis ha-  
beat. Et in Carth. dicitur: Dent testimonium, qui  
eum audierunt. Et in decreto Euclibij Papa dicitur:  
Si idonea testimonia haberet, quod ipse peniten-  
tiam perficeret. Denique S. Thom. in dicto opusc. 65.  
generaliter dixit: Si infirmus qui petit absoluto-  
nem amittit notitiam, vel loquaciam antequam Sa-  
cerdos adveniat, debet à peccatis absolviri. Cùm  
non petatur talis conditio testimoniij in praesentia  
ipius infirmi exhibendi, non est cur à nobis ta-  
lis conditio apponatur.

4. Ratio autem sumitur ex dictis scđt. p̄ced.  
quia nimis illa non est confessio stricte, sed  
magis universaliter sumpta, quæ in defectum stric-  
te confessionis acceptatur ad proferendam sen-  
tentiam absolutionis. Decretum autem Clementis  
VIII. loquitur, ut diximus, de confessione stricte  
accepta, que fieri non potest validè aut licite, nisi  
in praesentia Confessorij. Nec obstant verba Leo-  
nis Papæ: nam ipse mentionem fecit testimonij  
circumstantiis: quia ita communiter fieri solet,  
quod præsentes sint, qui testantur voluntatem, &  
desiderium infirmi. Sicut ob eandem rationem di-  
xit, testimonia fidelium circumstantium, quia ni-  
mirum semper solent illi esse fideles, & tamen si  
fideles non essent, sed infideles, fide tamen digni,  
& de quorum veritate non dubitaretur, non ne-  
garet Leo illud testimonium sufficiere; parum enim  
refert character testimonicis, cùm testificatio illa  
non ordinetur ad conferendum Sacramentum ipsi te-  
stificanti, cuius infidelis non esset capax, sed solum  
ad manifestandam voluntatem infirmi; & ad fa-  
ciendam fidem de illa, ad qua non est incapax in-  
fidelis. Sicut ergo non alligatur S. Leo ad testi-  
monium fidelium, ita nec ad testimonium solum  
circumstantium. Et hec omnia docet Lugo ubi su-  
pra; cui addit Leandrum de Sacram. tom. I. tract. 5.  
diff. 5. q. 45. & omnia superiora dicta docet etiam  
novissime Martin. de San Joseph in mon. Confess.  
tom. I. lib. I. tr. 6. de paenit. n. 6. ubi hæc affertur; [Y  
aunque los testigos que dizan al Confessor las se-  
ñales de penitencia del penitente (que ya carece  
de sentido) basta el testimonio para que el Sa-  
cerdote le absuelva debajo de condicion; Porque  
el decreto de Clemente Ottavo que prohibe ab-  
solver en ausencia, se deve entender quando la  
confession, y absolucion son en ausencia, y no  
cuando la absolucion es en presencia:] Quia ver-  
ba legis sunt accipienda secundum sensum gram-  
maticalem, & in priori significato, l. 1. §. qui in per-  
petuum, ff. se ager rectigal, l. 1. §. si nō, qui navem, ff.  
de exercit. action. §. quod juri quidem civile instituta,  
de juri nat. gentium, & civil. c. penit. de sent. excomm.  
& debent intelligi in eo significato qui est aptior,  
l. quies idem serm. ff. de reg. ur. Ita Martinus.

5. Nec obstat dicere cum aliquibus adversariis, quod penitens ut penitens debet esse præfens Confessorio, at homo ut se accusans est penitens ut penitens: ergo homo ut se accusans debet esse præfens Confessorio. Nam respondet Bardi ubi su-  
pra §. 3. n. 7. distinguendo, penitens ut penitens  
debet esse præfens, quando recipit absolutionem, concesso: quando facit confessionem, nego: (lo-  
quendo in casu necessitatis, & essentialiter distin-  
guo etiam minorem, homo ut se accusans sive per  
se ipsum immediatè, sive per alium & mediatè con-  
cedo, semper per ipsum immediatè nego minorem,

Tom. I.

codémque modo distinguendo consequens; In  
primo lensu concedo, in secundo vero nego con-  
sequentiā.

6. Nec etiam obstat dicere cum Alvarez & aliis,  
quod si moribundus valide confitetur per inter-  
nuncium absenti Sacerdoti, etiam sanus hoc mo-  
do valide confitetur, sed hoc est absurdum, ut om-  
nes fatentur ergo, &c. sequela probatur, quia casus  
necessitatis cùm non mutet essentialia Sacramenti,  
non facit ut confessio valida sit invalida.

7. Respondeo, confessionem invalidam ex mul-  
tiplici capite provenire posse; videlicet ex defectu  
integritatis, ex defectu dispositionis, &c. in casu  
autem qui ponitur confessio facta absenti sine ul-  
la necessitate erit invalida, quia penitens aperiendo  
conscientiam, & peccata per internuncium ab-  
senti Sacerdoti, & sine ulla necessitate, peccat con-  
tra Ecclesiæ præceptum, & consequenter ex defe-  
ctu dispositionis non perficitur Sacramentum: non  
autem erit invalida ex defectu sufficientis materiae:  
hoc ipsum concedere debent adversarij: nam ad-  
mittentes confessionem factam per testes coram  
moribundo, aiunt absque necessitate fieri non  
posse, ac proinde retorqueri potest idem argumen-  
tum. Et tandem non obstant verba Catechismi,  
quo sic habetur, Nemini omnino neque per nuncium,  
neque per litteras peccata confiteri licet: ergo Ca-  
techismus damnat confessionem factam absenti;  
nam respondeat doctissimus Bardi, locum citatum  
esse intelligendum per se, non autem in casu ne-  
cessitatis & per accidens, quando aliter fieri nequit,  
& patet hoc modo locutum fuisse Catechismum,  
qua praefabendo modum quo facienda sit con-  
fessio, videlicet secretè & occulte, subdit illa verba  
citata, & tamen certum est confessionem interdum  
fieri posse cum alii, & hoc admittere debent ad-  
versarij, dum volunt validam esse confessionem in  
casu necessitatis, si fiat per alios testantes coram  
moribundo sensibus defitito. Ergo, &c.

8. Patet igitur ex superioris dictis latè probabiliter  
in casu proposito posse reum, cui denegaturum est  
confiteri cum Confessorio Catholico, scribere ad  
ipsum per Epistolam peccata sua, non ut in absen-  
tia abolvatur, nam hoc est contra decretum Cle-  
mentis, sed ut postea, quando ipse duceretur ad pa-  
titulum, & est fieri præfens coram ipso Confessorio  
tunc illum absolvere. Nam in tali casu ex nec-  
cessitate, nec valens aliud agere confitetur per scrip-  
tum, & Confessorius potest illum absolvit illum præfen-  
tem, sicuti afferunt DD. posse Confessarium post-  
quam ex obliuione dimisit penitentem, absque ab-  
solutione, posse illum, inquam absolvere, dum ad-  
ducatur in Ecclesia videt. Itaque in nostro casu  
ut in simili docet Ylambert. m. 3. p. rom. 3. de Sacr.  
pœn. diff. 1. 8. scđt. 10. n. 3. Decretum Clementis non  
obstat, nam penitens ille, videlicet reus, est non  
tantum corporaliter præfens, dum absolvitur, sed  
etiam ipsa ejus confessio, qua per literam fuit an-  
teca ab eo explicata, confitetur adhuc esse, & durare  
mortaliiter, quatenus non est revocata. Imo ego pu-  
to in casu nostro fuisse confirmatam non repetitam  
per oculorum injectionem in Confessarium, ut ad  
illum reus penitens antea scriperat. Ergo, &c.

### RESOL. LXXV.

An in Paschate, vel articulo mortis teneatur per  
scripturam confiteri, qui alio modo non po-  
test, ut verbi gratiâ mutus, & surdus, vel in-  
firmus

M. 3. firmus

NTION  
OPERA  
OM. I & II  
E III

# 138 Tractatus Tertius.

firmus, qui loqui non potest? Ex p. 3. tract. 4.  
Ref. 127. alias 128.

Sup.hoc pro .1. **A**firmative respondent Nugnus in ad-  
sundo supra - dit. ad 3. part. q.9. art. 3. Turrianus de  
Resol. 73. & pñnit. q.9. art. 2. diff. 32. dub. 2. qui citant Suarez,  
pro infirmo, inf. nus de Sacram. cap. 37. q.7. n. 2. Vazquez in 3.p.  
in Ref. 1. post tom. 4. q.9. art. 4. dub. 5. num. 2. ubi ita ait, quod  
seq. in fine. non obstat scriptum perdi posse, quod absoluta  
& in Ref. 80. confessione potest statim rumpi, & paulo ante  
§. ult. & in confessionem ita scribi, & custodiri, ut non per-  
datur, nec etiam obstat, quod surripere potest Sa-  
cerdos, sic enim etiam possit ipse eodem modo  
manifestare crimina, qua voce audisset in confes-  
sione, & nihilominus tenetur confiteri, & aequaliter  
est dæminum utroque.

Sup.hoc mu-  
to supra in  
Ref. 72. &c. 2. Hanc sententiam videat etiam docere Lay-  
man in *Theolog.moral.* lib. 5. tral. 6. cap. 6. num. 4.  
ubi ait: Qui pérpetuū mutus est, & scribere nescit,  
ad confessionem annuam nutibus, quatenus po-  
test, faciendam obligatus esse videatur. Unde sup-  
ponit in illis verbis, si scribere nesciat, quod si mu-  
tus scribere seiat, tenetur confiteri per scripturam,  
intellige semper præsentē Confessario. Vide etiam  
Sylvest. ver. *Confessio*, I. quæst. 15. & Suarez tom. 4.  
diff. 16. sect. 6.

3. At his non obstantibus contraria senten-  
tiam tenendum esse puto, & ita docent Ioann. de la  
Cruz in direct. conscient. p. 2. de Sacram. Pñnit. q.3.  
dub. 7. concl. 1. Sotius in 4. diff. 18. q. 2. art. 6. Va-  
lentia tom. 4. diff. .... q. 1. pñnit. 1. Filliulus tom. 1.  
tract. 7. n. 6. 3. & Henriquez lib. 4. c. 4. num. 4. in  
glossa littera A, ubi sic affirmit. Non tenetur præ-  
cepto Ecclesiæ confiteri per scriptum etiam mutu-  
sus, aut infirmus, qui loqui non potest. Sic ille.  
Vide etiam Villalobos in *summam* tom. 1. tr. 9.  
diff. 32. num. 3. & alios communiter, quia peccata  
scribere & scriptum Confessario tradere, insolu-  
tus est confitendi modus, & plerumque non va-  
cat omni periculi publicationis, & hoc sufficit:  
quare Ecclesiastica lex in tali casu non obligat.  
*Quid verò dicendum in articulo mortis?* dic, ut in  
infra Refol. seq. refol. resolvemus.

Quæ hic est  
infra Refol.  
78.

## RESOL. LXXVI.

*An confessio per litteras aliquando possit esse valida  
post Decretum Clem. VII.*

*Et an Sacerdos ita pñnitentem absolvens peccet mor-  
taliter?*

*Et an, qui per litteras, vel internum Sacerdoti  
peccata sua manifestavit absentem Confessario, po-  
sit absolvī, postquam Confessarius accedit ad il-  
lum, dummodo adhuc vivat?* Ex p. 5. tract. 1. 4.  
& Misc. Refol. 60.

Sup. hoc le-  
ge supra la-  
tam doctri-  
nā Ref. 74.  
& ne defe-  
ras videre  
Resolu-  
tiones duarum  
ultimarum  
annotatione-  
rum hujus  
Ref. & Re-  
solutiones  
earum an-  
notationū. §. 1. **A**D hoc dubium Philippus Gamachæus  
ex doctrissima, & inclita facultate Pa-  
risiensis Doctor Sorbonicus in 3. part. D. Thom. de  
Sacram. Pñnit. cap. 20. §. 4. respondet: Et in primis  
ait, nullam esse questionem si pñnitent sciat di-  
ctum decretum, & prohibitionem Ecclesiæ; tunc  
enim mortaliter peccat, ac proinde ponit obicem  
gratia, sicutque ejus absolutione omnino evadit nulla;  
in autem pñnitent laborat ignorantia invincibili-  
tate, & bona fide agat, tunc quidem mortaliter peccat  
Sacerdos cum absolvendo, quia vel scit, vel  
scire tenetur absolutionem hanc esse illicitam. Ni-  
hilominus tamen simpliciter videtur adhuc valida

absolutio, tum, quia Clemens VIII. non statuit  
aperte contrarium, nec ait nullam esse talen ab-  
solutionem, sed tantum non licere; multa enim  
prohibentur, quæ si sicut, rata sunt, tum quia com-  
muni est haec Theologorum sententia, ut ejus-  
modi confessio valida censeatur. Ita Paludanus,  
Sylvester, Navarrus, Adrianus, Corduba, Ledes-  
ma, Medina, Taperius, & alij. Tum, quia accedit  
uba fides pñnitentis; cum è contrario loqui vi-  
deatur Clemens VII., desertis verbis de iis tan-  
tum, qui prudenter, & scienter contra prohibicio-  
nem auli fuerint confiteri. Ita Gamachæus. Et pro  
hoc sententia facit etiam Kellisonius in 3.p. tom. 2.  
q.9. art. 3. dub. 3. ubi docet, validam esse absolu-  
tionem, si confessio fiat per scriptum, & absolutio de-  
tinet pñnitenti præsentem. Et testatur ex Cardinali  
Bellarmine Clementem VIII. declarasse viva vo-  
ce, sè non intendisse prohibere absolutionem pñ-  
nitentis in præsentia, qui tamen confessus fuerat  
in absencia.

2. Sed hec opinio aliquibus non placet, per ea,  
que adversus Coninch satis firmavi in 3.p. tr. 3.  
de abolutione morib. refol. 7. nam in suo decre-  
to Clemens VII. confessionem factam absente  
Sacerdoti non solum illicitam, sed etiam invali-  
dam esse determinavit. Ex quo etiam refellunt ali-  
qui opinionem Iacobi Mancini in append. ad pra-  
xim infirm. præc. 4. dub. 2. num. 3. & Cœlestini in R. fol. cu-  
compend. Theologie moral. tr. 1. cap. 21. num. 3. do-  
centium agrum, qui per litteras, vel per inter-  
nuncium Sacerdoti peccata sua manifestavit ab-  
fenti Confessario, posse absolvī, postquam Confessarius  
accedit ad illum, dummodo adhuc vivat;  
& in hoc casu non transgrederit decretum  
Clementis VIII. cum nisi præsentem absolvat jux-  
ta mentem dicti Pontificis. Ita Cœlestinus. Vide  
me ipsum loco citato, & in 4.p. tr. 4. refol. 92. De  
declaratione autem Clementis VII. quam assert  
Kellisonius, non conflat authenticè.

## R E S O L . L X X V I I .

*An esset absolvens, qui sine causa præberet Con-  
fessario peccata scripta, & de illis præsente se ac-  
cusaret?*

*Et quid est dicendum, si quis magnum pudorem sen-  
tiret, si proprio ore peccata confiteatur; an peccet  
mortaliter, si per scriptum confiteatur, præsente  
Sacerdote?*

*Et quid, si agrotus per gutturis angorem confiteri ab-  
solue non possit, & scribere peccata facile possit?*

Ex p. 3. tr. 4. Ref. 126. alias 127.

§. 1. **N**egative videtur respondendum ex Fa-  
gundez præc. 2. lib. 3. cap. 1. n. 8. ubi sic  
ait: Extra necessitatem ipsa confessio, & accusatio  
semper facienda est ore, & peccaret mortaliter ille,  
qui cum bene possit proprio ore confiteri, per si-  
gnata, nutus, & interpretem ( addit tu, & per scri-  
pta ) confiteretur. Et ratio est, quia mutaret con-  
fuetudinem Ecclesiæ, quæ mutatio est gravis, &  
in re gravi. Et ita etiam docet in terminis hanc  
sententiam Sylvius in addit. ad 3.p. quæst. 9. art. 3.  
conclus. 2. Vide etiam Filliulus. tom. 1. tract. 7. cap. 1.  
num. 14. Coninch de Sacrament. diff. 6. dub. 1. con-  
clus. 3. num. 3. Suarez in 3.p. tom. 4. diff. 21. sect. 3.  
n. 5. & 6. & alios.

2. Non reticebo tamen contraria sententiam  
docere Villalobos in *summam* tom. 1. tr. 9. diff. 31.  
n. 1. ubi ita affirmit: [ De lo dicho se infiere, que